

PRACTICA  
SVPER RITV

MAG. REGIAE CVRIAE  
AC CAETERARVM TOTIVS  
REGNI SICILIAE CVRIARVM,  
QVÆ IVRE OPTIMO

THESAVRVS IUVENVVM, AVXILLVM  
Pauperum, & baculus senum nuncupari potest.

IN QVA PRAETER ALIA COMMVNIS MODVS COMPILANDI  
*libellos, exceptiones, cedulas, supplicationes, ac denique acta omnia in quibusvis  
processibus variè in vnoquoque Magistratu Regni,*

ET PRÆSERTIM IN M.R.C. ET CVRIA PRÆTORIANA  
*occurrentia, accuratè, ac diligenter habetur.*

NON SOLVM ADVOCATIS, VERVM ETIAM PROCVRATORIBVS,  
*Negarijs, ac ceteris Iudiciorum causidicis utilissima, ac pernecessaria.*

AVTHORE FIL. MARIANO MARINGO CORLEONENSE,  
Ordinis Prædicatorum de Pœnitentia.

*Nunc primum in lucem edita.*

CVM PRIVILEGIO.



PANORMI,

Apud Franciscum Ciottum Venetum. M. DC. XIX.

*Ex Typographia Io. Baptiste Maringhi.*



I E S V S

S A C R A T I S S . D O M I N A

L A B I A M E A A P E R I E S .

E T L I N G V A M E A , A E N A R A B I T

Admirabile donum tuum.

G L O S A P R I M A .



**N** rubrica Privilegij ibi.   
 † Ritus in quo dicitur, bre-   
 uiter qualiter ritus est   
 mos, vel consuetudo, vt   
 ait Cic. de amic. ritus. n.   
 est obseruantia, seu vsus   
 circa sollemnitate actus,   
 ita inquit Abb. in capit.

cum secundū de temp. ord. & in cap. in aliqui-   
 bus de decimis, qui quidem ritus est contra ius   
 eōe cōditus, vt colligitur ex infra scripto quin-   
 to cap. incipiente cu varia reuū natura, † ritus   
 enim dicitur rectus, prauus dicitur corruptela,   
 sicut consuetudo contra rationem, vt in auct.   
 vt nulli in § 1. lex debet esse iusta & distinctio,   
 & sic habemus rititudinem, & rectitudinem,   
 rectitudo respicit ordinem, & sollempnit. iuris   
 imponeat gl. in l. non putauit § non queuis, &   
 ibi Bart. ff. de bon. poss. contra tab. in l. hoc   
 colore. ff. de inoff. testa. & in l. sed si lege §. sci-   
 re ff. de petit. hæredit. & rititudo ius, agendi,   
 & administradi ipsam iustitiam & æquitatem,   
 vt notat Ioan. Andr. in elem. si. de app. & not.   
 in cap. quoniam contra de probat. est glo. in l.   
 iuste possidet. ff. de acquir. possel. nam ordo est   
 modus agēdi, sine quo nihil recte agitur, vt in-   
 quit Bal. in tract. scismatis col. 3. & ibidē habe-   
 tur, quod omnia quæ gerimus nisi legitimam   
 initium habeant, inane nostrū actum efficiunt   
 l. quæcumq; gerimus. ff. de act. & oblig. & ini-   
 tium ordinis fuit datum, & obseruatiū a Deo,   
 in creatione mundi, ita etiam omnia inferiora   
 gubernantur & et iudicia, vt habetur in Gene.   
 capit. 1. † & si sic est quod denegari non po-   
 test, qualiter ordo processit a Deo, & nos de-   
 bemus obseruare, & multū inuigilare ad man-   
 datum Dei. Quapropter recolenda memoria   
 Serenissimi domini nostri Regis Alphonsi ste,

tuit in suo decreto perpetuo, & ordinavit sta-   
 tutum municipale in prefato tunc suo Regno   
 Siciliæ citra & ultra Farum, vt homines ipsius   
 regni quiete, & pacificè viuant & gubernentur,   
 ad extirpandas per hunc ritum cauillationes   
 regniculorum, vt ipse inquit dicto capi-   
 tulo quinto presentis statuti. Nam † statutum   
 est ius ab homine positū, vel dispositio ex qua   
 ius procedit, nam est idem quod lex municipi-   
 palis, seu ius civile quod vnaquæq; ciuitas sibi   
 constituit Insti. de iur. natu. gen. & ciui. & si-   
 gnificatur ius statuti ex verbis in statuto pos-   
 itis quæ significant, quod sonant, aut strictius   
 aut extensius, vel aliter, prout obscuritas eorū   
 declaratur seu quouis medio probabili cōclu-   
 ditur, de quo doct. amplissime & maxime,   
 Bart. in l. omnes. ff. de iust. & iure.

G L O S A S E C U N D A .

**I**n eadem rub. ibi † M. R. C. (& non sine   
 miro & maximo ordine) fit metio tantū-   
 modo de M. R. C. Nā M. C. est caput   
 origo, & norma omnium curiarū, & quid-   
 quid ea obseruat, in toto regno obseruari de-   
 bet, iuribus per me adductis in supradicto pro-   
 hemio, ubi late de hoc tractatur, quoniam ab   
 eodem ritu uideretur instructio iuuenum in iurū   
 locū habere, taliter quod non sine regniculorū   
 maxima utilitate cōditus fuerit a recolēda me-   
 moria Sereniss. Regis Alphōsi, cui successit in   
 regno felicis recordationis Sereniss. Rex Ioan-   
 nes, q. regnauit in Aragonia, & Sicilia circa an-   
 nos viginti, in Nuarra uero circiter sexaginta   
 quatuor, obiit uero octuagesimo quarto anno   
 ætatis suæ, vt habetur in cap. regni in prohe-   
 mio post cart. 271. Ipsius Regis Ioannis,   
 post obitū cuius successit in regno Catholicæ,   
 Mæstas Regis Ferdinandi, qui diem per clau-   
 sit vltimū ætatis suæ anno sexagesimo quarto,

poteris ubi me remiſto dummodo debitum ſit liquidu, vel impromptu poteſt liquidari, vt ſupra dixi quo caſu uirtute teſtamenti, codicillorum, & inuentarij facti per tutores, vel curatores qui conſententur p̄nes ſe perueniſſe aliquid de bonis pupillorum, vel adulti, vt patet in dicto cap. 19. Ritus, nam teſtamenta habent de iure executionem paratam, vt dixit Bal. & nonnulli alij quos ſequitur, & refert Surdus conſ. 167. nu. 10. & nouiſſime Turreſta in ſuo tract. de effectibus, & defectibus clauſ. codicil. queſt. 30. nu. 44. car. 79. & ſi liquidatio non poteſt fieri impromptu, tunc non datur via executiua, vt in dicto cap. 29. Ritus, & antequam deueniatur ad executionem prædicta opus eſt fieri de mandato Iudicis iniunctio tutoris, ſeu curatoris, vel adminiſtratoris, & in defectu ad ſuos heredes quatenus infra terminum dierum quindecim peremptorie habiant velint, & debiant præſentare apud acta Curie teſtamentum, codicillos, & inuentarium, hac librum rationem, & legitimum diſtributum, quibus præſentatis, & ſi ex eis apparuerit debitum liquidum, tunc poteſt deueniri ad executionem præ-

7 dictã contra eos, † & ſimiliter proceditur executiue contra tutores datiuos per Curiam, & eorum fideiuſſores, hac hæredum ipſorum contra quos proceditur uirtute actorum factorum apud acta Curie, ex quo habent executionem paratam, ut dicit gloſ. in authen. generaliter C. de Episc. & Cler. & not. Doct. in l. cum pro quo ff. de in ius voc. Moder. in cap. ſi quando de offic. delegat. & iſte ſtilus Curie in confeſſione cedule, & fideiuſſionis habet vim legis quo caſu habet executionem paratam, Afflic. deciſ. 136. nu. 3. & ſeq. quæquidem acta ſunt he uidelicet cedula tutelaris, ſeu curie, & fideiuſſiones præſtitæ rem pupillorum, ſeu adulti ſaluam fore uilia agere, & inutilia prætermiſtere, &c. † In reliquis uero proceditur, vt ſupra dixi maxime in declaratione cap. 4. Ritus & infra in cap. 44. ubi de hoc latè uidetur tractare adumguem, & iſta ſufficiunt pro conſuſione primæ partis noſtri hopuſculi.

Laus omnipotenti Deo Opt. Max. eiusq; Sacraſſime ſemper Virgini Matri Marie, & omnibus Sanctis meis interceſſoribus.

**F I N I S.**

Et hoc cum voto legum Doctorum Vincentij de Gradibus, & Ioseph de Zambuto.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*